

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Regula [IV.] Absurdum est, ut alienum vitium interimat aliquid, cui propriam vitium non praebet interitum

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

quæ disputat ipse Plato locò §. III. cit. Imò hæc à Platone exprimentur potius, quàm illa.

IX. Ad primum *αὐτῆς* responderi potest; utramque positionem intelligi debere de subiectò capaci. Anima nostra destructilis non est, ut utar verbò Lactantii, eò ipso, quod naturâ suâ immortalis est. Quod si non est capax corruptionis, neq; ut conservetur in suò esse ab aliquò, apta est. Non loquimur autem de animâ intuitu causæ primæ, quæ ut omnia, ita & animam in nihilum redigere valet, eique ipsa conservationem & perpetuitatem suam acceptam refert.

## REGULA II.

*Absurdum est, ut alienum vitium interimat aliquid, cui propriam vitium non præbet interitum.*

I. Sunt iterum verba Platonis l. c. ex versione Marsilii Ficini depromta. Græca ita habent: *Ἄλλὰ μὲν τοι ἐκείνο γε ἄλογον, τὴν μὲν ἄλλ' ἔπει-  
σαν ἀποκίμωται, ἢ ἄλλο, μὴ.*

II. Disputat ibi Plato, animam esse immortalem, & ad confirmationem ejus præsentem adhibet propositionem. Quicquid propriò malo non interit, id nec alieno perimitur. Anima propriò malo vel vitio non interit. Ergò nec alienò interit, & per consequens planè nullus est ejus interitus: cum omne, quòd destruitur, à malo aliquo destruat, quod quidem vel proprium ejus malum esse necesse est, vel alienum.

Minorem probat, quòd propria vitia animæ sunt  
injustitia, intemperantia, timiditas, inscitia, &c.  
quæ animam deteriores quidem efficiunt; non  
autem dissolvunt aut tollunt. Major videtur no-  
ta ex terminis. Quod enim nos proprium alicujus  
malum vocamus, id Plato vocat *αὐτὸ νόσημα*  
ipsum malum: quemadmodum Aristoteli *I. Politic.  
t. 66. αἱ ἐν αὐτῷ δέχονται* sunt, quas aliàs vocat pro-  
prias. At quis non intelligit, hòc ipsò, quòd aliquid  
rem corrumpit aut perimit, ipsum malum esse.

III. Verùm regeri posse videtur, ex pravitate  
ciborum propria; & sic corpori nostro alienâ, quæ  
eibi vel vetustate corrupti, vel putridi, vel quòvis  
aliò pacto vitiosi dicuntur, corpus perire posse.

IV. Pro responsione ipsius Platonis verba ad-  
ducemus: *Ex ipsa ciborum propria pravitate, quæ  
vel vetustate corrupti, vel putridi, vel quòvis aliò  
comparati dicuntur, corpus perire posse, non arbi-  
tramur. Verùm si ciborum vitium corpori pro-  
prium ipsius vitium intulerit, dicemus, per illud  
corpus ab ejus vitio, morbo scilicet, perdi. Corpus  
verò ipsum, cum aliud sit, ciborum, quorum alia  
natura est, alterò defectu, nisi proprium defectum  
induxerit, dissipari posse, nunquam existimabimus.*

## REGULA V.

*Natura semper facit id, quod est optimum.*

*I. Η φύσις αἰετὸς τῶν ἐν αὐτῷ ὄντων το βέλτιστον*  
ait Aristoteles *II. de cælo 34. & IV. de part. ani-  
mal. c. X.* Statuerat Anaxagoras, hominè prudenti-

tissimè  
quod ut  
Philoso  
instruct  
enim m  
non ma  
ctius ei  
bens dif  
quæ fier  
tur, non  
pruden  
reâ, qu  
tanquã  
fuisse.

part. an

II. L  
tia. Pro  
contin  
se, quã  
βέλτιστον  
melig e  
possibil

III.  
est opti  
quod h  
tura m

IX.  
sum Re  
ram fer  
rendun

ti-